



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 30. Macedonii Hæresis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

§. XXX.

Sæculum IV.
A. C. 360.*Macedonii Hæresis.*

Macedonius quoque post suam depositionem novæ factionis Dux evasit. *Ruf. 1. c. 25. Theod. II. c. 6.*
 Ubi semel Eudoxio, aliisque puris Arianis adversari cœpit, quorum factio prævaluerat,

ret Auctoritas. Quid autem faceret Lutheranus, vel Calvinista Interpres noster cum Ariano disputans? cujus Ecclesiæ Auctoritate se tueretur, si Arianus ipsius, nempe privati hominis, sperneret? cum in tota sua Flenriana Historiæ Versione, cujus Partes quatuor hæctenus in molem non modicam excreverunt, nullam nominet? Forte imploraret auxilium a Conciliis universalibus, quæ, ut superius notavimus, irridet? Forte, sicut Domini Hollandi, ut etiam superius vidimus, confugeret ad testimonium Ecclesiarum, in variis orbis Partibus dispersarum, & ab Ecclesia Romana dissentientium, quarum nulla concordia, nullum vinculum, nulla Communio, nisi quod Romanæ Catholicæ adversentur, ostendi potest? Forte scutum assumeret, & Auctoritatem Ecclesiæ invisibilis, cujus nulla origo, nullum determinatum tempus, nullus locus, nulla Regio, nulli Patres, nulli Episcopi, nulla Concilia produci possunt? Væ! Lutherano Interpreti nostro, & cuicumque alii cum Ariano, aut Sociniano æque docto congregienti! gladio Sacræ Scripturæ, etiam perverse explicatæ, medius dissecabitur.

Sæculum IV. valuerat, exinde semper Filium Patri si-
A. C. 360. milem in substantia, aut etiam, secun-
 dum quosdam Auctores, consubstantia-
 lem defendit, semper vero cum puris A-
 rianis Spiritus S. Divinitatem negavit;
 dicens esse Creaturam, similem Angelis,

Socr. II. c. 45 sed ordinis superioris. Basilius Ancy-
Soz. IV. c. 27 ranus, Eustathius Sebastenus, Sophro-
 nius Pompejopolitanus, Eleusius Cyzice-
 nus, & universim omnes, qui in Conci-
 lio Constantinopolitano depositi fuere
 anno 360, hanc opinionem amplexi sunt,
 etiam non nulli Catholici in eundem er-
 rorem lapsi, nempe de Filio orthodoxe
 credentes, S. Spiritum simplicem creatu-
 ram esse, affirmabant.

Sup. XII. Fortissima hujus Sectæ columna fuit
 43. Marathonius, Macedonii Discipulus, E-
 piscopus Nicomediensis, vir opulentus,
 liberalis in pauperes, & integris mori-
 bus, hinc tanta ejus apud populum, & a-
 pud Monachos erat auctoritas, ut illa Se-
 ctæ a quibusdam de ejus nomine Mara-
 thonia diceretur; hæc in Monasteria, &
 populum Constantinopolitanum diffemi-
 nata est; attamen quamdiu Ariani ibi
 rerum Ecclesiasticarum potiti sunt, &
 usque ad Regnum Arcadii, nec Episco-
 pum, nec Ecclesiam habuit. Macedo-
 niani in Thraciam, Bithyniam, & Helle-
 spontum, maxime vero in urbem Cyzi-
 cenam diffusi, ut plurimum vitæ erant
 irre-

irreprehensibilis, gravitas in externis ap-
parebat, & mores non multum a disci-
plina monastica abludebant. Nomine
generali Pnevmatomachi, id est, Græce,
inimici Spiritus Sancti, vocabantur.

Sæculum IV.
A. C. 360.

§. XXXI.

*Tractatus S. Athanasii de Spiritu
Sancto.*

De hac nova hæresi Serapion ad S. A-
thanasium rescripsit, ponens etiam
præcipua eorum argumenta, & exhor-
tans, ut ad ea responderet. Is Serapion,
Episcopus Thmovitanus fuisse creditur.
Illud erat tempus, quo S. Athanasius, in
deserto latitans, ad mortem perquireba-
tur; at de nova hac hæresi rescivisse,
gravius omnibus aliis afflictionibus fuit,
& quamvis vix scribendi opportunitas
esset, scripsit tamen ad Serapionem Tra-
ctatum satis prolixum, quem in compa-
ratione altissimæ materiæ brevem vocat
Epistolam, aitque tantum ideo se eam mit-
tere, ut Serapioni occasionem præbeat
supplendi, quæ deficiunt. Hos novos
hæreticos vocat Tropicos, quia Scriptu-
ram per Tropos, id est, per figuras ser-
monis explicare volebant. Primo re-
spondet ad omnes textus, quibus se de-
monstrare jactabant, Spiritum S. esse
Creaturam, atque solerter, & docte va-
rios

T. I p. 173.

P. 184.

p. 175.

p. 189.